

**Sermo****LXXVII**

374

aque potuit pro refrigerio habere. **Luce** xvij. **Iustus** autem et fidelis christianus ex temporalibus bonis testamentum bene ordinando lucratur suffragia facienda pro uxorem vel filios et per executores ut liberetur et premittitur. **Exemplum** hic oculi currit quod legitur de quodam **Saladino** principe saraceno. et habet in speculo exempli. **Saladinus** apud **Damascum** cum sciret sibi mortem imminere vocavit signiferum suum. **Tu** qui in bellis fers verillum meum fer nunc vexillum mortis meae. **vilem paniculum** pro tota **Damascum** clamorato. **Ecce** rex orientis moriens ex omnibus bonis suis non fert secum nisi hoc vile lintheamen. sicut de omnibus peccatoribus. **Tertiam** enim ut scribit **Ro. viij.** Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. quia pro dilectione uxoris habebunt ineffabilem dilectionem et dulcedinem beatitudinis. pro filiis omnes sanctos et beatos angelos. pro patre deum. pro matre beatam **Mariam**. gaudium ergo bonis sed malis ve. **Secundo** ostenditur predicte regule de bonis anime oibus quia anima bona pro morte lucratur deivisionem et eternam beatitudinem. sed mala perdit se et omnes potentias. **Dat. xv.** **Ibunt** hi in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam. **Tertio** de bonis corporalibus. **Quale** testamentum facit peccator in morte dum animam dat dyabolo et bona temporalia mundo. corpus autem veribus. et post resurrectionem eternis ignibus. **Sed** iustus licet ad tempus usque resurrectionem detur in carne veribus tamen inde acquirit lucrum resurrectionis gloriose. **Ubi** canit ecclesia. **Deus** cui corpora nostra non pereunt moriendo sed mutantur in melius. **Quarto** de bonis operibus. quia malus homo omnia opera etiam bona a pueritia facta perdit pro malorum mortem. **Sed** iustus de omnibus operibus bonis gaudebit perpetuo. **Ultimo** de bonis celestibus quia malus in morte perdit omnia merita passionis christi et beate **Marię** et omnium sanctorum ac beatorum celestium nihil consequendo ex illis. **Sed** iustus omnia illa lucratur in morte. **Ergo** christianum quod conatu deberemus satagere

ut bene vivendo bene moreremur et sic non periremus cum malis eterna morte. **Christiana** anima considera quod te perdis nisi penitueris de peccatis. age ergo penitentiam. **Et** rogemus christum ut etc.

**Dominica** ultima post Penthe. ser. j. **de** turbulento tempore antichristi prope finem mundi.

**Rit tunc tri**

**bulatio** magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo neque fiet **Dat. xvij.** et in euangelio hodierno. **Verba** hec dicit salvator noster de futura antichristi persecutione in qua sancta ecclesia christiana maximam tribulationem patietur. **Ubi** **Bernardus**. tractans verbum psalmi illud. **Ecce** in pace amaritudo mea. dicit quod tribulatio ecclesie fuit amariora in persecutione tyrannorum. amarior in perfidia hereticorum. amarissima in simulatione falsorum christianorum. quia multas animas decipiunt fraudulentem. sed super omnes erit precamarissima in persecutione antichristi. tum quia ecclesia tunc cessabit a miraculis. tum quia antichristus multa mala faciet in christianos. **Ubi** **Gregorius**. xvij. moral. dicit. **Tunc** antiquus hostis totum mundum conturbat et totis viribus eo magis insurgit quo finem mundi proximam conspiciat. scilicet tentandi licentiam sibi tollendam et se de primo in inferno fore claudendum. **Proinde** ecclesia Romana in hac doctrina finali legit hoc euangelium quod loquitur de fine mundi et persecutione antichristi. **Et** quia textus euangelii huius est nimis prolixus. ideo cum pertransierit. **Itaque** ex quo hoc euangelium agit de tempore finali citra quod procedere habet adventus antichristi. ideo de tempore circa finem mundi agendum. tria mysteria notemus pro hoc sermone.

**Primum** de precedentium signorum observatioe **Secundum** de ecclesie et christianorum desolatione **Tertium** de premeritoria peccatorum summatione **Quarta** de observatioe signorum **Nota** dum finem docto. et circa finem mundi sunt